

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caritas s
cum uariis

O bona mater caritas, que siue foueat infirmos, siue exerceat prouectos, siue arguat inquietos, diuersis diuersa exhibens, sicut filios diligit uniuersos! Cum te arguit mitis est, cum blanditur simplex est; pie solet seuire sine dolore mulcere; patienter nouit irasci, humiliter indignari. Caritas hominum mater est et angelorum, non solum que in terris sed eciam que in celo sunt pacificauit. Ipsa est que Deum homini placauit et hominem Deo reconciliauit.

Bernardus epistola II.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

cum te] conte (*cor. intra et in marg.*) M; cum blanditur] conblanditur (*cor. intra et in marg.*) M; solet] solent V¹ V²; sed] se V¹; celo] celis C; Bernardus] in *add.* P V¹ V² L¹ L²; epistola II.] II. epistola M; II. *om.* L²